



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 10. Quid significant pompæ diaboli?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

94 TRACTATUS II.

Can. Primum. dicitur in Canone, si abrenuntiat diabolo &
De Consecr. omnibus damnosis operibus ejus; atque falla-
dist. 4. cibus pompis: ut primum respuat errorem, &
sic appropinquet ad veritatem, possitque, jux-
ta Apostolum, deponere veterem hominem se-
cundum ptistinam conversationem, qui cor-
rumpit secundum desideria erroris, abne-
gans impietatem & secularia desideria. Nam
ut ait Divus Augustinus relatus in Canone.

Can. Tres sunt Omnis qui jam arbiter voluntatis sua consti-
De Pœnit. tutus est, cum accedit ad Sacra mentia fide-
dist. 1. lium, nisi eum pœnitentia vita veteris, novam
non potest inchoare.

Quest. 10. Quid significant pompa dia-
boli, quibus renuntiare tenetur baptizandus?

Concil. Parisi. Resp. Pompa diaboli, ut ait Concilium Pa-
risiense, lib. I. cap. 6. hac est, qua pompa mundi, id est,
10. ambitio, arrogantia, vana gloria, omnisque
cujuslibet rei superfluitas in humanis usibus:
unde plerumque crescit elatio, qua multoties
honestati solet adscribi. Ita ut omnes Christia-
ni virtute promissi in Baptismo facti teneantur
tantum necessaria sumere, in usu rerum crea-
tarum, superflua quæque respuendo, quæ
avaritia, superbia & sensualitas introduxe-
runt, ut facile dignosci potest in hominibus
mundanis in illorum vestitu, in mensarum, &
cubiculorum apparatu, reliquisque mundano-
rum hominum ludicris rebus ad voluptatem
pertinentibus: in quibus, non sine dedecore
nominis Christiani, naturæ corruptæ ostenta-
tur concupiscentia, & hæc sunt pompa satanæ
quibus non minus quam ipsi satanæ in Baptis-
mo renuntiavimus.

Quest. 11. Tenemur ne sub poena peccati
stare promissis factis in Baptismo?

Resp. Strictissimè tenemur, ut enim ait san-
ctus Ephrem Syrus Edessæ Diaconus: Abre-